FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

# 6. Epistolar

## Brief von [August Hermann Francke] an [Maturin Veyssière La Croze].

### Francke, August Hermann

### Halle (Saale), 23.11.1719

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-18457**

Visual Library

~~Fugat~~ königl. Societät

P. P.

II A 5 5

Jucundissimæ mihi fuere lectu literæ tuæ, quas Mense Martis jam datas recte accepi. Affectus in illis loqui mihi visus est ~~[illegible]~~ erga me singularis, omniq; amore dignissimus; ~~[illegible]~~ ipsum quoq; Epistolæ argumentum, utpote ab Evangelii per varias mundi regiones propagatione desumtum, præ pleriq; aliis attentam merebatur considerationem. Quæ per me hunc in finem cum aliquo successu facta esse commemoras, DEO T. O. M. accepta refero, nec+ ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ votisq; ~~[illegible]~~ longe augustiora concessit. Neq; enim divinæ promissiones hæc nostra destituunt tempora, neq; manus Domini abbreviata est, ut auxilium suum subtrahat fidelibus Evangelii Ministris.

+ credo injuste id fieri, si

Jmo non ~~Non~~ aliud quidquam animum Dei amantem majori afficere potest dulcedine, quam ~~[illegible]~~ lætabunda ista Christi in medio Hostium suorum dominantis recordatio. Hæc ~~enim~~ inter tot et tantas, quas Satanas in mundo ciet, procellas atq; turbas, spem et fiduciam suggerit, metus intempestivos excutit, patientiam obfirmat, precandi ardorem accendit, et pietatis, tum assidue colendæ, tum quoq; ad plures provehendæ, studium instigat atq; corroborat ~~studium~~. Ego certe nullus dubito, quin hanc ipsam ~~[illegible]~~ observationem ~~considerationem~~ jamjamdem ob oculos sibi posuerit Illustris, veneranda de propaganda Christi cognitione Societas. Admirantur merito omnes boni captum olim, et per Viros, dignitatibus, eruditione ac pio zelo maxime conspicuos, ad hunc usq; diem strenue continuatum consilium, salutarem Evangelii doctrinam ad nationes etiam exteras, jmo longo maris terrarumq; intervallo dissitas, et veteribus incognitas, tam solerti cura et solicitudine, ut et impensis tam gravibus, promovendi, et late inter illas explicandi. Ab hoc laudabili regni Christi amplificandi desiderio et proposito deterrere Animas Deo dilectas non potuit tristis ~~illa~~ rerum Christianarum in Orbe mundano facies, non densa illa, quæ passim Mortalium mentibus incubuit caligo, non undiq; diffusa et pestilentissimi instar morbi grassans impietas, sed quo periculosiorem animadverterunt Ecclesiæ statum, et quo calamitosiorem hominum

Christum ignorantium, et mala temere patrantium
conditionem, eo impensius laborandum crediderunt
ad afferenda rebus deploratis remedia. Hanc
illis mentem donare, et etiamnum conservare non
nisi Christus potuit, qui princeps piarum cogitatio-
num et consultationum Auctor est atque Director,
summumque in hostes suos dominium ipsa quoque Veri-
tatis Evangelicæ propagatione luculenter et
potenter declarat. Quamobrem nunquam
non ~~perpetuo~~ prosperrimos ego in tam eximia destinatione
successus votis suspiriisque meis exoptare, et
inter reliquos Christianæ Veritatis ac pietatis
Statores promotoresque, Vestræ cumprimis
Illustri Societati optima quæque deprecari
soleo, idque eo etiam tempore non sum obli-
tus facere, quo a literarum frequentiorum com-
mercio, quamvis benevole jamdudum mihi
concesso, per modestiam abstinui. ~~Id quod,
data occasione, Illustri Societati, cum be-
necenti et officiosi
benevolentissimi amoris studiique mei commemo-
ratione, Ab hujus autem silentii consue-
tudine parumper me avocat, et gratitudinis
manu mea exaratam testificationem mihi im-
perat duplex ratio privata magis, quam publi-
ca.~~ ~~Nam~~ Memori certe mihi mente ~~per ali-
quot jam menses mihi~~ reposita mansit insignis
illa Benevolentia qua ultimos quoque Missionis Danicæ
Administros, tres, inquam, Ministerii Candidatos
in Indiam Orientalem tunc navigaturos, nostrique

~~Ab hujus autem silentii~~
~~consuetudine directum~~
Ceterum commodam nunc ~~et quidem~~ occasionem
mihi nactus videor, dum
ad Epistolam tuam respon-
deo, hanc mentem meam
simul testandi, teque ro-
gandi, ut Illustri Socie-
tati, si res ita ~~fuerit~~ tulerit,
vel ~~summam~~ in compendio,
quæ scribo, referas.

#

Literis comendati[ti]s munitos, excepit, ~~[illegible]~~ tractavit et dimisit,
Illustris vestra de propaganda Christi ~~Societate~~ Cognitione
Societas. Magnam ~~[illegible]~~ beneficiorum in illos col-
latorum partem meam ego reputo, quoniam, DEO ita
dirigente, Collegium de promovendo Evangelii cursu,
quod Hafniæ ~~[illegible]~~ Potentissimo Daniæ Rege institutum
est, mea, quoq; uti voluit opera ~~[illegible]~~ in Candidatis istis ex
nostrorum Theologiæ Studiosorum numero eligendis,
et itineri tam longinquo, officio tam gravi præ-
parandis. Unde favor iste ~~singularis~~ eximius, quo illis in
Anglia frui datum fuit, munificentia etiam vere
~~[illegible]~~ insignis, ~~et~~ qua ~~[illegible] et~~ sunt illi ~~ipsi et antecessores~~ tum qui jam-
pridem in India Missionis negocium urgent, operarii cete-
ri, adjuti sunt, non tantum lætitia meum pectus per-
fudit maxima, sed priorum quoq; benefactorum similium
gratissimam mihi suggessit recordationem. ~~Hanc igi-~~
Veneror ~~etiam~~ Reverendissimi Archiepiscopi Canterburiensis ~~benefici-~~
~~entiam mentem [illegible] [illegible] [illegible] te interprete~~
~~[illegible] et gratiam, quam ore et [illegible] testatus est erga tres~~
~~Vir honoratissime, Illustri Societati vestræ exponere [illegible]~~
~~istos~~ ‡ Candidatos, quam etiam effato sum memorabili de benedictio-
~~nem [illegible] [illegible] et occasionem tantum commendan-~~
ne Institutis nostris divinitus concessa ~~[illegible]~~ obsignare voluit
~~expectaverim~~, ~~novum jam accedit incitamentum~~ ;
quamvis quæ ad honorem meum pertinent, mea ego non faciam ††.
~~ad consilium istud absq; mora exequendum. Dum [illegible]~~
~~Adhæc~~ Adhæc de novo favoris documento Amici ( qui nunc ~~[illegible]~~ XXV. Librar. ;
~~Amici [illegible]~~ literis certior sum factus, ~~[illegible]~~ a Fautore, mihi
quidem ignoto, DEO autem haud dubie notissimo, Rev.
D. Hallifaxio, in Orphanotrophei nostri subsidium desti-
natas, et ~~ad Illustrem Societatem transmissas esse~~ curante Illustri Societate esse, ~~[illegible]~~ ipsi tra-
ditas, ad me porro transmittendas. Primo quidem loco Deum
~~[illegible] 25t.~~ ~~Deum~~ laudo, qui corda movet,
et voluntatem ad benefaciendum excitat; ~~vere~~
Simul tamen ~~[illegible] autem~~ ipsa ~~tamen~~ ~~quoq;~~, quibus DEus utitur, misericordiæ
et beneficentiæ organa, prædico (et exosculor ~~[illegible]~~), atq; largissima iisdem ~~precor~~
divinæ gratiæ incrementa apprecor. Ita nimirum Do-

† cumprimis eam

‡ Missionis Indicæ

Insuper

†† Haud ita pridem ~~Societatis illustris~~ eleganter compacta 6. exemplaria Relationum
de Malabarica Missione anglice scriptarum, a Societate illustri dono mihi
data ~~[illegible]~~ accepi, id quod non minus pro eximio ~~eximii~~ amoris benevolentiæ signo, gratiasq;
propterea ago decentissimas.

(xx)

mino placuit, et etiamnum placet, pia, quae curae meae demandavit, Instituta, extraordinariae potissimum ~~dotare~~ Providentiae ~~[illegible]~~ peculiari fundo dotare, et sumtus undiquaque suppeditare praesenti~~bus~~ quidem utcunque necessitati~~bus~~ sufficientes, non autem futurae. Quamvis enim ex Bibliopolio aliqui quotannis redundent fructus, ~~ex~~ et Pharmacopolioque ~~etiam~~ cum tamen ~~quotidie prandentium et coenantium~~ Studiosorum ~~et~~ ac Scholarium excenti quotidie prandii et coenae fruantur + beneficio, ~~[illegible] quingentos excedat~~, ad haec Scholae quamplures ~~Scholae plus~~ bis mille circiter pueris puellisque aut nullum plane aut exiguum didactrum solventibus, aperiantur, et Praeceptoribus centum fere et quinquaginta, certae methodi legibus adstrictis, ~~curandae~~ committantur, aegrotis etiam pauperibus ex urbe et pagis vicinis ~~[illegible]~~ opem medicam implorantibus ~~et~~ consilium, Medici ordinarii et medicamenta gratis concedantur, has solas impensas + accuratius pensitantibus facile erit perspectu, quod reditus illi annui, sine donationibus per Providentiam divinam subinde submissis, ferendo et sustentando tanto oneri forent longe inferiores. Spectavit nuper singula, oculisque et animo penitus perlustravit vir nobilitate pariter generis ~~et~~ ac prudentia et pietate conspicuus Dn. Baro de Philipps, Membrum Illustris vestrae Societatis dignissimum, cujus ego suffragiis ~~testimonio~~ uti mallem ~~mallem~~ quam meo. Salva enim conscientia etiam atque etiam affirmare ~~Et enim Licet enim sancte queam affirmare~~ possum, in toto hoc negocio Deo me tribuere omnem gloriam et quidquid in publicum hactenus partim ~~et~~ per apologiae modum, partim per relationes ab Amicis extortas, nunciatum est, veritatis solummodo studio, fideique in hominum mentibus suscitandae desiderio, factum esse. ~~effugere tamen non potui criminationes malevolorum varias, aut gloriationis vitium, aut mendicandi~~

+ beneficio,

+ (ut salaria domesticorum, aedificiorum structuram et conservationem taceam)

II A 5 : 5

~~quoddam artificium injustissime mihi propterea im-
putantium. Haec etiam caussa fuit praecipua, quae~~ ob
Nec ~~quum~~ deesset materia satis locuples, [Relationes] ~~me permoverit, ut a continuatione~~ ~~[illegible]~~ ~~re-~~
illas per annorum ~~quos~~ insequentium seriem continuandi; ~~lationum istarum, quarum materiam satis copiosam~~
~~adjunctam~~ ~~quamdudum in paratu habui~~ at per ~~per~~ impedimenta in-
cidentia subnata, ⁺ a publicatione earum hactenus ~~a facilius~~, me retrahi passus sum.
Subministrabit forte ipse Deus opportunitatem, ita, quae
Bonitas ejus ~~per~~ tot per annos ~~innumera~~ beneficia nobis prae-
stitit, uberius ~~praedicandi~~ enarrandi, et pios quosque ad collau-
dandam coelestis Patris Providentiam amanter
exhortandi.⁺ ~~Tu, Vir honoratissime, quem
tam promptum huc usque et benevolum in exhi-
bendis mihi meis Amicis officiis~~ ego cum
~~Amicis meis huc usque sum expertus, haud gra-
vere rogo, hoc quoque superioribus adjicere offi-
cium, et argumentum~~ Epistolae meae Illustri
~~Societati Vestrae per compendium recenseas, ejusque~~
me ~~Favori perpetuo de meliori com-
mendes.~~ Vale in Domino.
Scrib. Halae Magdeb. d. 23. Nov. 1719.

Interea vel solum
⁺ ~~Nostrum~~ ~~fine~~ exemplum, ~~nomine instigante verbis~~ sine verbis, ad imitatio-
nem invitavit ~~viros~~ in germania haud paucorum animos, ita
ut lustris proximis ~~elapsis~~ elapsis, multa Orphanotrophea ~~aut~~ et Ptocho-
dochia aut de novo sint⁺ instructa, aut reparata, et in ordinem
meliorem ~~[illegible]~~ redacta. Fidem facere possunt dictis, non tan-
tum ea, quae publicis fundata sunt sumtibus, Lipsiense, Gothanum,
Berolinense, Stegvicense, Stetgardianum, Coburgense, Zittaviense, Züllicho-
viense etc. Sed etiam illa praecipue, quae absque fundi sufficientis
subsidio, ~~ex~~ donationibus in medium collatis, et in futurum ~~[illegible]~~ subinde a
divina Providentia expectandis ~~[illegible]~~ nituntur, qualia a privatis
quoque viris cogita et huc usque continuata sunt aliquam, e.g. ab ~~[illegible]~~
Inspectore quodam Eccles. in Comitatu Limburgensi Sontheimense,⁺ ab Auriga
equos currumque suum propterea vendente, in vicinia nostra Langendorffianum etc.
Sunt etiam quaedam, quae utroque modo sustentantur, impensis nempe partim publi-

⁺ aliasque rationes non contemnendas.

⁺ exstructa et bonis legibus

⁺ a Pastore quod. Stolbergense, Marpurgense a Professore quod. Reformato

+ in quorum numero ~~[illegible]~~ haud abs re recensentur, Darmstadinum, Ynarsense, Oetingense, Wildungense, Laubacense, Hachenburgense, Xerolingense etc. ubi ~~[illegible]~~ quorum cura in iis ordinandis et regendis praecipua fuit, observantur nobis aut amicitia aut consiliorum concordia conjuncti.

cii, partim ~~privatis~~ donis subsidiariis; + Ex Ptochoeorum numero nominari meretur Augustanum, quod ab initiis exiguis, tribus quatuorve viris negocium hoc charitatis solius fidei ductu suscipientibus, successu viginti circiter annorum in eam excrevit amplitudinem, ut ~~cum jam domus emenda fuerit~~ in ea domo speciosa aeque ac spaciosa tum pueri puellaeque tum viri etiam et mulieres alantur et ad pietatem laboresque utiles instituantur bene multi, Magistratusque ipse ~~Directio~~ autoritate ~~publica~~ sua hoc institutum firmaverit. ~~Illud [illegible]~~ Nec ~~fas mihi est~~ praetereundum mihi est Orphanotropheum Hirschfeldense in ditione Hassiaca, quod vir optimus D. Mel, confessionis Reformatae theologus celebris, simili consilio fundavit, et quod mihi triennio ~~[illegible]~~ ~~fere~~ abhinc illac transeunti, non sine insigni gaudio meo, admodum sese approbavit. ≠ Hos in multorum loco et consuetudine disjunctorum ~~animis motus~~ cordibus motus [illegible] DEO T. O. M. autori nos adscribere aequum est, atque ita fas est sperare, ex primordiis ≢ pro more Dei occultioribus et minus magnificis ≢ nascitura esse, ~~augusta et~~ sub mediis adversantis orci moliminibus, augusta ~~Regni~~ rei Christianae incrementa. Vale in Domino. Dab. Halae Magdeb. IV. Calend. Dec. 1719.

≠ Essense in Frisia Orientali a Concionatore, qui noster olim Auditor fuit, privato consilio et absque reditibus fixis inchoavit et ad hunc diem continuavit successu non minus memorabili.

≢ Taceo jam ~~aliorum~~ excitationem animorum ad ~~Scho~~ rei Scholasticae ~~[illegible]~~ emendationem divinitus factam, quae nostrarum quoque Scholarum, Paedagogii praesertim Regii, imitationem ~~pluribus~~ variis in locis, Regiomonti maxime in Prussia, ~~et~~ Halberstadii, Magdeburgi etc. diverso tempore suggessit.